

The Electronic Manipulus florum

www.manipulusflorum.com

Mendacium g cum fonte primo

Aliud est iurare falsum, aliud iurare in dolo. Non enim omnis qui aliter facturus est quam promittit, in dolo iurat. Licet enim apostolus

Corinthis promitteret:

Veniam ad uos. Non tamen in dolo iurauit aut mendaciter promisit. Ille enim in dolo iurat aut mendaciter promittit in cuius mente est, non sic se facturum ut promittit. Ille autem qui promittit falsum quod putat uerum, nec in dolo iurat, nec mendaciter promittit.

Ieronimus super Ieremiam libro II.

Item Ieronimus super Iheremiam, libro II. Animaduertendum est, quod iusiurandum hos habeat comites, ueritatem, iudicium atque iusticiam. Si ista defuerint, nequaquam iuramentum erit, sed periurium. Gratian. Item, qui falsum iurat mentitur. Mentiendo autem iurare nichil est aliud quam peierare. Cum ergo omnes, qui locuntur mendacium, perdendi sint, iuxta illud Psalmistae: „Perdes omnes, qui locuntur mendacium,“ multo magis dampnabiles sunt, qui deierare mentiendo conuincuntur, quia nomen Dei sui in uanum assumunt. Sed aliud est falsum iurare, aliud iurare in dolo. Non enim omnis, qui aliter facturus est quam promittit, in dolo iurat. Licet enim Apostolus aliter facturus esset quam Conrinthis promitteret in prima epistola, cum ait: „Veniam ad uos“ (I. Cor. 16:5), non tamen in dolo iurauit, aut mendaciter promisit. Ille enim in dolo iurat, aut mendaciter promittit, in cuius mente est, non sic se esse facturum, ut promittit; ille autem, qui promittit falsum quod putat uerum, nec iurat, in dolo nec mendaciter promittit.

Gratianus, *Decretum*, 2, 22, 2, 2 (*Corpus iuris canonici* 1, A. Friedberg ed., col.867).